Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

II. Desiderium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

cerno ſeptem columnas argenteas, ſep
ſcilicet dona Spiritûs Sancti, aliáſque g
tias, ſcientias & excellentias tuas adm
biles. Ibi adverto reclinatorium aure
unionem ſcilicet hypoſtaticam, in qua
etem gratiſſimam reperis. Ibi quoque
tueor aſcenſum purpureum, ſigna vu
nerum tuorum glorioſa, & memo
pœnarum, quas in vita mortali tole
Denique ſub iſto candido velo tectus
nes, tu ipſe cœleſtis noſter Rex Salo
accenſus & combuſtus amore in te
ob deſiderium inflammandi filias Je
lem, id eſt, animas vivâ fide te aſpicie
& mundo corde te recipientes.

II. DESIDERIUM.

O Divine Salomon! hoc Sacram
ferculum eſt thronus, è quo nos v
Rex gubernas: eſt thalamus, in quo
quam ſponſus, in ſpiritu jucundè no
creas: eſt menſa, in qua tanquam P
nos alis: tanquam dux nos protegis
quam paſtor gubernas, tanquam M
lactas. Quis ad te non anhelet? qui
to mentis affectu non accurrat?

O Vere Salomon! devehere, obſe

hoc nobili ferculo ad me, & in aulam cordis mei ingredere, ut cœleſtem ſapientiam tuam me doceas. Ingredere ut velut Rex me gubernes, velut ſponſus recrees, velut Pater paſcas, velut Dux defendas, velut Paſtor regas, velut Mater lactes: ego enim his omnibus ſummè indigeo.

Veni igitur, ô Princeps gloriæ! veni; janua cordis mei patet; ſi placet, intra, & pone te ut ſignaculum ſuper cor meum, ut ſignaculum ſuper brachium meum; quo ſimilitudinem virtutum tuarum mihi imprimas; ut & ego ipſe ſim ferculum in quo hinc inde per mundum deferaris: ſim lectica, in qua quietè jucundéq; reſideas. Divina & corporalis præſentia tua, faciat me tanquam cedrum Libani, candidum innocentiâ, excelſum animi magnanimitate fortitudine incorruptibilem. Exſtrue in me argenteas donorum & virtutum tuarum columnas. Effice me aureum tuum reclinatorium, in quo molliter requieſcas. Diſpone in me gradus continuæ mortificationis: ante omnia autem tu ipſe Rex meus, intra me mane accenſus amore mei, ut & ego ſimiliter amore tui totus

ſuccendar, igniar, ac quodammodo de-
cer per inſignem ad te ſimilitudinem.

III. *Metus reverentialis.*

SI Eſther Regina, & conjux ceteris p-
adamata, Regis Aſſueri majeſtatem
tuita in terram corruit penè exanimis p-
metu, quâ reverentiâ mihi ad te acce-
dum erit, quem video non quaſi Ange-
Dei, ſed verè Angelorum Dominum? E-
ce venit Dominator Dominus; & quis
terit cogitare diem adventûs ejus, & q-
ſtabit ad videndum eum? Malach. 3. q-
non corruet præ timore gloriæ ejus, q-
non exanimetur?

O Rex infinitæ Majeſtatis, ego
omnipotentiam, excellentiam & glori-
tuam ſummam conſiderans totus pa-
& contremiſco: nam ſi Oza tangens
cam, Euchariſtiæ figuram, mox percu-
interiit; quomodo ego carnem tuam
vam omnis ſanctitatis Arcam auſim
meo impuro tangere?

Iſraelitæ terrore perculſi non auſi-
montem Sinai fumantem accedere, u-
gem obtinerent: & quomodo auſim e-
peccator ad montem gloriæ tuæ ado-

pot-